DE EXIMIA PRIVILEGIORVM COMmunicatione quam habet Ordo Ciſterciensis, qua etiam gaudent Ordines Mendicantes.

56 ¶ Gregorius. 14. Romę apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die vigeſima octaua Iunij. anno Dñi. 1591. Põtificatus ſui anno, 1. priuilegia huius Religionis in hunc modum confirmat. Et inſuper ob ſingularem reformationem, & obſeruantiam dictę congregationis in eiſdem Monaſteriis inſtitutam, et conſeruatam eoſdem amplioribus fauoribus con decorare volentes, omnia & ſingula priuilegia, pręrogatiuas, conceſſiones, antelationes, fauores, facultates, declarationes, abſolutiones, relaxationes, diſpenſationes, ſtationes, indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, conſeruatorias, immunitates, exemptiones, libertates pręeminentias, & indulta cuiuſuis generis exiſtentia, cęteraſque gratias ſpirituales, et temporales, tam eidem Ciſterciensi, eiuſque, Abbati, & Capitulo etiam Generali, ac quibuſuis illorum Monaſteriorum Abbatibus, etiam quatuor primis de firmitate Pontiniaco Claraualle, & Morimundo, quàm etiam Sancti Benedicti,